

## *Lösung Übungsklausur*

1)

- a) **Decem annis belli (per)actis** Graeci Troiam opibus **excellentem** expugnare non potuerunt.
- b) **Nullo prohibente / resistente** Ulixes in mendicum **mutatus** urbem invasit.
- c) **Ratus/Arbitratus** Helenam unam/solam se **(re)cognoscentem** se numquam **delaturam/tradituram** esse, Menelai uxori omne consilium Graecorum patefecit.

Cic. Div. in Caecil. 2-3 (leicht gekürzt)

Cum quaestor in Sicilia fuisset, iudices, itaque ex ea provincia decessissem ut Siculis omnibus iucundam diuturnamque memoriam quaesturae nominisque mei relinquerem, factum est uti cum summum in veteribus patronis multis, tum non nullum etiam in me praesidium suis fortunis constitutum esse arbitrarentur. Quare nunc populati atque vexati cuncti ad me publice saepe venerunt, ut suarum fortunarum omnium causam defensionemque susciperem.

... Venisse tempus aiebant non iam ut commoda sua, sed ut vitam salutemque totius provinciae defenderem;

sese iam ne deos quidem in suis urbibus ad quos confugerent habere, quod eorum simulacra sanctissima C. Verres ex delubris religiosissimis sustulisset.